Barlæo.

Vir doctiss.e et amiciss.e

Nummos nimium pridem tibi debitos, quorumque non nimium rigidus exactor es, nautarum fidei committendos mandavi, ut qui absque periculo, et levi mercede eiusmodi merces quotidie transportant. De epigrammatis, gratum est quammaxime, quod pauca tibi excidere patiaris, quorum mihi copiam non velis factam tua manu. idque ut pergas facere vehementer peto. Qui adversus mare clausum amicus tibi, et quod non esse credis, ipsa indignatio, atque adeo, ut meipsum citra, tralatis compunctio vidi, extorsit, eius τοῦ ἀνωνύμου manibus ante octiduum vidi. denique amice, ut vidi, ut perii, ut me bonus abstulit error: exemplo sapiens, post idoneos autores, telum quoque in injurios vicinos vibrare aggressus sum. Eius vero quod ignarus eis Eachdem, a probitate Staelmanni est, serio a me moniti, nequid idem impublice vero palam facerent, sicut ἀνωνύμως, et utrique vobis inscriptos. In ardem Seldenianam epigramma ex relato solo legati francici natum noveram: lecto nunc et relecto tertio me, ut illum, magnifice applaudisse. pulchrum enim et nervosum est, et generosissimi acuminis. De extemporanda cantica et suo in gradu vehementissima si tanquam cantare partem vel respondere paratum

admissis. Ecce ut in libidine discrimine ante triduum me oblectabar:
Pollam puellam, et Bellam amavi; anum linquo:
Cessante causa nempe cessat affectus.
Pollam dexteram ad quam allusisti, ne mihi quidem diu, amputata, iacuit: invidia in schedis anni 1630 quae signantur laeva fuisset.
Ô, si dextra minus, quam sors mihi dextra fuisset!
Ô quam laeva minus sors mihi laeva fuit! et
O quam, laeva magis sors non mali
O quam dextra nimis non bene dextra fui
Sed abunde nugarum est: ignosce quibus hoc otium est, etiam occupatis et me ama dignissime amicorum. Hagae Com. X. Cal. Jan. CIↃIↃCXXXVI.